



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXIII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Joanna Orvetana Ordinis S. Domini die Assumptæ Virginis, præ admiratione ejus gloriæ in extasim longi temporis raptam MARIAM amare didicit, tum primùm serio dolore tacta, quòd serò amare incepisset pulchritudinem tam antiquam. Cùm ægra communicare nequiret, MARIA ei Jesum in ulnis attulit, consolata. *Conon. an. 1360.* Non diu suos Virgo miseros esse patitur.

B. Joanna juva me puro corde amare omnium cordium amoribus dignissimam DEI Matrem, eamq̃ pro me ora, ut cùm sit Mater DEI, sit & Mater rei. Cùm sit Mater utriusq̃ Filii, non sinat Filium reum damnari, sed maternâ pietate procuret, ut filius reus, reconcilieretur Filio, qui est DEUS. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: extasim non peto sed sensibus collectis eandem ego gloriam meditabor & admirabor.

Nulla tibi in gratia similis esse potuit, pequam gratia venit super omnes, ergo super omne meritum est excellentia tua, eminentio cunctis, sanctior universis. *Hugo de S. Vict.*

Quæstio: An Deipara sæpius extases passafuerit?